



**Biblioteca estense universitaria**

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

[bibliotecaestense.beniculturali.it](http://bibliotecaestense.beniculturali.it)

gamma.s.1.38

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI <PISA>

Diploma di laurea di Cristoforo Berardi da Firenze

Ms., 1647

Img: BEU, 2014



**Terms of use**

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.

For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to [b-este.urp@beniculturali.it](mailto:b-este.urp@beniculturali.it).

**Creative Commons License**

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>







*C*IPPIO de Pannocchieschi, Nobilis  
Patritius Senensis ex Comitibus Ilcij Dei, &  
Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Pisanus  
Insularum Sardinie & Corsicæ Primas &  
dicte sedis Apostolicæ in eis legatus natus,  
nec non Pisani Almi Gymnasij Apostolica Cæsareaque au-  
thoritate Cancellarius, eoque in infrascripto actu absente  
Nos Petrus Ioannes Lantes Nob. Pisanus IV. D. Archidia-  
conus Præmortalis Ecclesie Pis. Abbas SS. Nazzarij et Angeli,



Casalis Verij Prothonotarius Apostolicus, Vtriusq. Signa-  
 ture Sanctis: D. N. PP. Referendarius Vicarius ac Locu-  
 tenens Generalis ab eo, ad infra scripta omnia, et singu-  
 la specialiter constitutus et deputatus Vniuersis et sin-  
 gulis presentes nras inspecturis salutem in Dno sempi-  
 ternam. Cum inter ceteras in toto orbe terraru Veneran-  
 das et famosas Academicas & Clarissimoru Doctoru Vni-  
 uersitates Pisana, multis ornamijs & priuilegijs honestata  
 maxime fulgeat, in qua etiam ad Doctoratus, et magistris  
 publicam, et eminentem dignitatem Pontificia & Cesarea au-  
 thoritate sublimantur, et extolluntur illi, quos longo exerci-  
 tio labore studio disciplina, et ingenio summis uigilijs om-  
 ni deniq. conatu & nixu spretis, et reliccis uoluptatum ille-  
 cebris, se se doctrine penitus dantes Sacras, et pene Diui-  
 nas Canonicam Ciuilemque scientias adeptos maximis laudi-  
 bus, ac uerissimis testimonijs accurate reperit probatissi-  
 mos, & quos certamen generalis, et rigorosi examinis coram  
 Nobis, et Venerando Turisconsistorium Collegio, per concurr-  
 rentem uirtutum copiam, meritorumque excellentiam, ita  
 promouet, ut Doctores infulis priuilegijs prerogatiuis  
 Honoribus et Dignitatibus ueniant decorandi. Cum itaque  
 Forensis, ac Eruditus Vir Moribus Modestus ingenio Acu-  
 tissimus doctrina preditus, & scientiarum Coniunctione Pre-  
 clarus Dns **CRISTOPHORVS Bernardus Parr. Florentinus** q. D. Caroli fil. Qui sua florente etate In Celeberrimo  
 PISANO Gymn. per quinquennium assiduus exercitatus ui-  
 gilijs, Iuri Pontificio, & Cesarea sollicita & curiosam operam  
 iugiter impendit, & nauauit scholasticosq. actus arguendo,

conferendo disputando, & exercendo, de hinc tuerit legitime  
 coram Nobis Vicario, et Vicecancellis prefato presentatus, per  
 Mag. et Eximios Viros In Vtraque Censura Doctores Excell.

**D. FRANCISCV de Schippis Pisanum,**

**R. D. Ioannem Viscontium Pistoriensem Eqtem,**

**D. Bartholomeum de Vecchis Senensem Primarium,**

**D. Virgilium de Vecchis Senensem,**

**D. Franciscum de Stephanis Miniaticensem,**

**D. Padaninum Gaudentium Retsum,**

**D. Bartholomeum Chetium Pisanum,**

**D. Abbat. Ioannem Pinoccium Senensem,**

**D. Hieronimum Burghetium Senensem,**

**D. Audustinum Zucchettium Pisanum,**

**D. Sebastianum Galeoctium Can. Pileiensem,**

**D. Iacobum de Damianis Pisanum Eqtem,**

**D. Blasium Curinum Pontremulensem Eqtem,**

**D. Ioannem Baptam de Vecchis Senensem,**

**D. Iosephum Lupium Pisanum,**

**D. Fabium Paccallium Pisanum,**

**D. Petrum Paulum Borromeum Miniaticensem,**

**D. Laurentium Pettinicum Can. Pisanum,**

**D. Ioannem Raschium Pisanum &**

**D. Thomam de Pruinis Pisanum**

Promotores suos, In eodem Pis. Almo Gymn. publice ledentes  
 Iura examinandus, & approbandus. In Iure Can. et Ciuili,  
 & ob hoc se subiecerit arduo, ac rigoroso examini priuato  
 nro & Clarissimoru Doctoru Sacri Collegij, Iuris Canonici et  
 Ciuilis, Ciuitatis Pis. In quo quidem examine dictus Dns

**CRISTOPHORVS**, Puncta sibi de more, In Vtroq; Iure externa die, hora 14. <sup>z</sup> assignata V3. In Iure Pontificio c. conques-  
ti 22. de Sent. Excom. In Iure autē Cesareo l. Debitorum 25.  
C. de pact. 7. Miro ordine recitando, et argum<sup>ti</sup> acute, et subtili-  
ter, non tam scholastico, quā doctoreo quidem more respondendo,  
adeo docte, et bene se gessit, et ita, ac taliter se habuit, ut co-  
muni dicti Collegij uoto, & consensu Vnanimi Nemine **PENI-  
TVS PENITVS** Discrepante, Dignissimus existimatus fue-  
rit, ut Pontificij Cesareiq; Iuris ornam<sup>ti</sup> gradu, & insignib; feli-  
citer honestaretur, Nos igitur consilio concordia comuni consen-  
su, et unanimi uoluntate Collegij predicti in sufficienti n<sup>o</sup> Colle-  
gialiter de n<sup>ro</sup> mandato conuocati, eundē Nobile, & Preclarum  
Virū **D. CRISTOPHORVM** ante dictū preuio processu prece-  
dente, et habita diligenti informatione de fide Catholica et ipsi-  
us Religionē & iuram<sup>ti</sup> prestito in manib; n<sup>ris</sup> iuxta formam  
Bulle per eū lecte felicis recordationis Pij PP. Quarti, super iu-  
ramento prestando, et professione faciendā, sub Dat; Rome apud  
S. Petrū, Anno Incarn<sup>ti</sup> D<sup>ni</sup>ce M.D.LXIII, Idibus Nouembris  
Pont<sup>is</sup> sui Anno Quinto, cuius professionis, et iuram<sup>ti</sup> forma, nunc  
describitur ad uerbū S3. Ego **CRISTOPHORVS** Berardius  
firma fide credo, & profiteor oīa, et singula, que continentur  
in Symbolo fidei, quo S<sup>ta</sup> Romana Ecclesia utitur V3. **CRE-  
DO**, in unū Deum Patrem Omnipotentē factorem Celi, &  
Terre uisibiliū oīū, & inuisibiliū, Et in unum D<sup>nm</sup> Iesum  
Xpū, filiū Dei unigenitū, Et ex Patre natū ante oīa secula,  
Deum de Deo, lumen de lumine, Deū uerū de Deo uero, Geni-  
tum non factū consubstantialē Patri, per quē omnia facta  
sunt, Qui propter nos homines, Et propter nrām salutem, de-

scendit de Celis, Et Incarnatus est de Spiritu S<sup>to</sup> ex Maria  
Virgine Et **Homo factus est** Crucifixus etiā pro nobis sub Pon-  
tio Pilato passus, & sepultus est, Et resurrexit tertia die secū-  
dum scripturas, Et ascendit in Celum sedet ad dexterā Patris,  
Et iterū uenturus est cum gloria iudicare uiuos, et mortuos, cu-  
ius regni non erit finis Et in Spiritū S<sup>to</sup> D<sup>nm</sup> & uiuificantē, Qui  
ex Patre filioq; procedit, qui cum Patre et filio, simul adoratur,  
Et condolorificatur qui locutus est per Prophetas, Et unā Sanc-  
tam Catholicā, et Ap<sup>st</sup>olicam Eccliam, Confiteor unū Baptisma  
in remissionē peccatorū, Et expecto resurrectionē mortuorum,  
Et uitā uenturi seculi Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas tra-  
ditiones reliquasq; eiusdē Ecclesie obseruationes, & constitu-  
tiones firmissimē admitto, & amplector, Item Sacra Scripturam  
iuxta eū sensum, quē tenuit, et tenet S<sup>ta</sup> Mater Ecclesia, cu-  
ius est iudicare de uero sensu, & interpretatione sacrarum  
scripturarū admitto, nec eā unquā nisi iuxta, unanimen con-  
sensum, Patrū accipiā, & interpretabor, Profiteor quoq; septē  
esse uere, et proprie Sacram<sup>ta</sup> nouē legis, a Iesu Xpo D<sup>no</sup> N<sup>ro</sup>  
instituta, atq; ad salutem humani generis s; non oīa singulis  
necessaria S3. Baptismū, Confirmationē, Eucharistiā, Penitentia  
Extremā Vnctionē, Ordinem, et Matrimoniu, illaq; gratiam  
Conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem, et Ordinem  
sine sacrilegio reiterari non posse, Receptos quoq; et approba-  
tos, eiusdē Ecclie Catholice ritus, in supradictorū omnium  
Sacramentorū solemnī administratione recipio, & admitto, Om-  
nia, et singula, que de peccato originali, et de iustificatione in  
Sacros<sup>ta</sup> Tridentina Synodo tradita definita, & declarata fue-  
runt amplector, et recipio, Profiteor pariter in Missa offerri

Deo uerum propriū, et propriatoriū Sacrificiū pro uiuis et defunctis, atq. in Sanctis: Eucharistię Sacram<sup>tu</sup> esse uere realiter, et substantialiter corpus et sanguinē una cū anima et Diuinitate D. N. Iesu Xpi, fieriq. conuersionē totius substantię panis in corpus, et totius substantię uini in sanguinem, quā conuersionē Catholica Ecclesia, transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantū specie totum, atq. inteorum Xpūm, uerumq. Sacram<sup>tu</sup> sumi, Constantiter teneo Purgatoriū esse, animatq. ibi detentas fidelium Suffragijs iuari similiter, et Sanctos, una cū Xpo regnantes uenerandos, atq. inuocandos esse, eorūq. orationes Deo pro nobis offerre, atq. eorū reliquias esse uenerandas, firmiter assero Imagines Xpi, ac Deipare semper Virginis, nec non aliorum Sanctorū habendas, et retinendas esse atq. eis debitū honorem, ac uenerationē impartienda, Indulgentiarum etiā potestatem a Xpo in Ecclesia relictam fuisse illarūq. usū Xpiāno populo maxime salutarem esse affirmo, Sanctam Catholicam, et Apostolicā Rom: Ecclesiam, omnium Ecclesiarum Matrem, et Magistrā agnosco, Romanūq. Pontifici, B. Petri Apostolorū Principis Successori, ac Iesu Xpi Vicario, ueram obedientiam spondeo, ac iuro Cetera itē omnia a Sacris Canonibus, et Oecumenicis Concilijs ac precipue a Sacros<sup>san</sup>: Tridentina Synodo tradita definita, et declarata, indubitanter recipio, atq. profiteor, Simulq. contraria omnia, atq. hereses quascunq. ab Ecclesia damnatas, et reiectas, et anathematizatas, Ego pariter damno reicio, et anathematizzo, Hanc uerā Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quā in presēti

sponte profiteor et ueraciter teneo eandem integrā, et immaculatam, usq. ad extremum uite Spiritum constantissime (Deo adiuuante) retinere, et confiteri atq. a meis subditis seu illis, quorū cura ad me in munere meo, spectabit teneri doceri, et predicari quantum in me erit curaturū Eo idem **CRISTOPHORVS** spondeo uoueo, ac iuro (sic me Deus adiuuet) et hęc Sancta Dei Euangelia, Et super Cathedram constitutum in Nri, et aliorum presentia diligēter examinātū Catholicū, et Religiosū, repertum simul, et approbatum, diximus pronunciauimus, et declarauimus sufficientissimū doctis<sup>sim</sup> et meritis<sup>sim</sup> ad habendum consequendum, et obtinendum licentiam, publicum gradum, et solita doctoratus insignia, in IV facultatib<sup>us</sup> suprascriptis, illiq. tunc auctoritate superius plenissime demandata, quā in hac parte sumimus uti meritis<sup>sim</sup>: IVD. in eisdem legendi docendi, glossandi, disputandi, consulendi, interpretandi, examinandi, ac iudicandi, Cathedram Magistrālē ac Doctoralem ascendendi, illamq. regendi, ceteraq. Doctores, et Magistrales Pils, et ubiq. locorū, ac terrarum publice exercendi, plenam liberā, ac omnimodā potestatem licentiam, et facultatem, cedimus damus, et concedimus, per has nrās ipsam Nobilem, et Preclarā Virū **D. CRISTOPHORVM** pronunciantes affirmantes, et declarantes IV Excell<sup>entiss</sup> esse Doctore, Receptis postremo, per eū ab eodem Excell<sup>entiss</sup> IV. Doct. Dño **FRANCISCO de Sehippisis**, Compromotore suo suprascripto, ac aliorum suorum Compromotorū, nomine ipsorum Iurium, et

gradus solitis doctoratus insignib? Libro 85. clauso, max aperto  
Birectoq; uice lauree eius capiti imposito, ac demum anuli  
aurei subarractione, cū osculo pacis paternalib? magistrali-  
busq; benedictionib? Qui omnib? sic publice insignitus, et coro-  
natus felici coronetur in patria per uiuentē in secula, In quo-  
rum omniū, et singulorū fidem robur, ac testimonium pre-  
missorū presens hoc publicū instrum<sup>um</sup> autenticū in se conti-  
nens priuilegiū, per **D. Hieronimum Vanniū** I.V.D. Ciuem  
Pis? et Archiepiscopalis Pis? Curie Cancell<sup>um</sup> infrascriptū roda-  
ri, ac subscribi, iussimus, Sigilliq; eiusdem Ill<sup>m</sup>, et R<sup>m</sup> Pis? Ar-  
chiepiscopi, Appensione muniri, Datj Pisis, In Palatio Archiepis-  
copali, coram, & presentib? ibidem Ill<sup>m</sup>, D<sup>no</sup> **Marchione Nerio**  
**Corfinio Florentino** Ill<sup>m</sup>, D<sup>no</sup> **Michaele Grifonio Florent:** E<sup>g</sup>te  
**D. Stephani**, Ill<sup>m</sup>, D<sup>no</sup> Capit. **Francisco de Quarantottis Pisano**,  
Et quam plurimis alijs testibus, ad predicta uocatis habitis et  
rogatis, Anno ab Incarn<sup>o</sup> D. N. **Iesu Xpi** M.D.C.XXXVIIj  
stilo Pisano, Indict: 15. Rom: uero atq; Flor: M.D.C.XXXVII  
die uero 7. Mensis Aprilis **Innocentio X.** Sumo Pontifice, Anno  
3<sup>o</sup> sui Pont: Regnante Ser<sup>mo</sup> Principe **Ferdinando Tertio**, Dei  
Gratia Romanorum Imperatore, & Ser<sup>mo</sup> **Ferdinando Secun-**  
**do** Magno Aetrurie Duce Quinto Dominante summe Felicis-  
simo, et Inclyto pacis Moderatore



*mus*  
Hier. Vanniū Bis Pini  
I.V.D. Cancellarius  
in fide m. n.



*[Faint, illegible Latin text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*



cc. I+4+I



R. BIBLIOTECA  
MO